

ORDO CONFICIENDI
ELECTARIA,
COMMENTARIUM V.



*Quid sit Electarium, et Antidotus, et quot
genera eorum existant. Cap. I.*

SOLENT Medici Electaria illa Pharma-
maca vocare, quæ inter illa, quæ per
os desumuntur, mollem consisten-
tiam, seu substantiam ob variorum
mixturem adeptæ sunt socio tamen
Melle, aut Saccharo, aut utrisque simul, aut alio si-
mili, ut Manna, quibus cetera excipiuntur. Sunt
tamen nonnulli arbitantes hoc nomen Electarij
Cōfectionibus quibusdam inditum fuisse; quoniã
illæ electis, atque perfectis simplicibus debent con-
fici, atque parari. Hæc cuiuscumque sint generis
Antidota ab Actuar. lib. de Comp. Medic. per ge-
nera, dicuntur, cuius verba: *Excogitata sunt Antidota
ex Herbis, Succis, Lacrymis, Seminibus, Radicibusq. con-
gestis, operosèq. tritis in unum cum Melle coactis.* At Ga-
leni tempore Antidota appellabantur solùm à Me-
dicis, etiam si Melle non excipiebantur, illa Medi-
camenta, quæ non extrinsecus admota, sed intus
assumpta erant: quod ita scribitur lib. 1. de Antid.
& 2. cap. 1. & 6. *Mos itaque iunioribus Medicis est Anti-
dotos*

dotos appellare, non modò quæ aduersus mortifera medicamenta, sed etiã quæ contra corporis malas affectiones. Quorum aliqua, si libros iam dictos percurramus, sub forma potio-
nis existunt; quedam in puluerem detrita, & quedam Melle, aut Sapa excipiuntur. Aliqui Recentiorum solùm Antidota vocant illa Electaria, quæ ex Aromatis conficiuntur.

Sed his prætermis- sis descendamus ad rationem ea componendi, quæ ex Melle, aut Saccharo, aut vtrisque, aut similibus conficiuntur. Horum duo statuemus esse genera. Vnum erit illorum, quæ aluum aut leniendo, aut purgando subducunt, atque mouent: alterum illorum, quæ alterant, atque roborant maximè principes partes, quorum quædam Opium, aut huiusmodi genera medicamentorum, aut simplicium recipiunt.

Via preparandi Illa, quæ aluum mouent, siue leniendo, siue purgando. Cap. II.

QUOD conficiendi Antidota, seu Pharmaca aluum subducentia, & humores expurgantia sit talis, sed supponamus parandum esse Electarium aliquod, omnes in se continens Simplicium species, siue ingredientia, quibus solent hæc interdum parari; quæ si omnia in aliquo non suscipiantur, in eorum defectu suppleant illa, quæ subsequuntur. Circa quem sunt hæc obseruanda, quæ numero sunt decem.

I. Mel, aut Saccharum, aut vtraque simul, aut Manna

216 De vera Meth. Pharm. par.

Manna si multa, illis admista, aut sola diligenter cum decocto, aut aqua, aut alio succo, & liquore, qui in descriptione contineatur, placidè, ac diligenter semper despumando, suavi igne decoquatur ad Serapij formam, atque lentorem.

II. In quæ, dum ebulliunt, si Mucagines adfuerint, iniiciantur, & lentè coquantur.

III. Postea addantur, vel eodè tempore Amygdalæ, Pineorum nuclei, semina maiora frigida in lapideo mortario simul comminuta, & aqua pauca, aut decocto irrorata, & per cribrum setaceum rarum traiecta.

III. Post hæc, si ingrediantur, Dactylorū caro diligentissimè mundatorū, Prunorum, & Passarū, quæ omnia sint nucleis priuata, & per cribrum transmissa superflua humiditatis expertia.

V. Deinde Cassiæ pulpa, & Tamarindorū per cribrum traiecta, & à superfluitatibus expurgata, aut aliqua decocti portione dissoluta, & manibus confricata, cum qua possumus & imponere Mannam, deinde bulliant cum alijs ad Mellis crassitiem, & cetera addantur: vel absumere Cassiæ humiditatem non ebulliendo, sed euaporando debemus.

VI. Post hæc Purgantia medicamenta solitariè detrita, vt Scammonium, Rhabarbarū, Sena, Turpethum, Polypodium, Helleborus, Agaricum, Myrobalani, & similia: & parui refert me quidem iudice, si hæc alijs iam tritis diligentissimè misceantur, & maximè Scammonium, ne in vnum cogatur: immo ego semper cetera simplicia detrita purgantibus

bus permiscerem, vt in qualibet parte esset quodlibet vase in terra deposito.

VII. Penidia si multa cum Saccharo, aut Melle, aut alijs in principio liquefiant, si pauca aut cū Amygd. & similibus terantur, aut vnā cum pulueribus ipsa etiam detrita imponantur.

VIII. Si Moschus, aut Ambra, aut Caphura in aliqua harum confectiōe desideretur, placidissimè pistillo cōminuantur, aut aliqua leuissima portione Syrupi, quod melius erit, aut liquoris læuigentur, ac dissoluantur, & post omnia addantur, vel tritis misceantur igne subtracto.

IX. Dum hæc aguntur, pistillo ligneo accuratè semper admisceantur, vt quæcumque particula cuiuscumque simplicis alteram tangat, & inalteret.

X. Mellis autem, aut Sacchari quantitas, si non sit ab Autore præfixa, incerta reuera admodū existit, cum hæc puluerata, atque species tantum non recipiant, sed interdum multa alia, quæ confectiōnes corpulentas, & crassitie præditas reddunt, vt Cassia, Pruna, Tamarindi, Amygdalæ, Semina alia, Mucagines, Manna, Nuces, Auellanæ, Penidia, Dactyli, Vua passa, necnon etiam interdum ipsa decocta crassa, atque viscida, quæ omnia inter arida non enumerantur; adde varios esse Scriptorum fines; nam Mef. ille doctissimus Medicus, ac peritissimus Pharmacopeus, interdum magnam copiā horum iubet imponendam esse, & tritorum paucam, vt in Diamanna, in quo Electario instituit vnā libram Mannæ cum vna succi Rosarum ebulliendam

E c liendam

liendam esse ad consistentiam, cui addit solum Scammonii vnciam vnam, & Mastiches tres drachmas. & in Dyacyd. purganti in duabus Mellis libris vncias tres cum dimidia tritorum, in quibus nullum reperitur incrassans, & in Elect. Rosato vncias tres cum dimidia tritorum cum lib. j. β . Sacchari. Attamen ut plurimum sint tritorum ultra iam incrassantia pro singula libra Mellis tres vncie: vel Mel sit tanta quantitate, quanta requiritur ad acquirendam consistentiam convenientem: etiam si nec hoc seruatur à Mes. cum in Hiera Hermetis imperat tantam quantitatem Mellis imponendam esse, qua fiat, ut pasta, totum Electarium; quapropter ad naturam potius Pilularum accederet. & vice versa Elect. Rosatum liquidum conspicitur, atque fluxibile. Quæ omnia iam dicta agantur, dummodo non repugnent descriptioni alicuius Scriptoris, cuius sententiæ semper obtemperandum.

*Ordo parandi talia Electaria à nobis propositus
sententijs grauium Scriptorum comprobatur.*

I. Coquere imperat, ac dissoluere Mel, Saccharum, aut Mannam, aut per se, aut simul vnita aliquo in liquore Mes. pluribus in locis, sed potissimum cap. de Diamanna, & in Diacoccu Gnidiu, & in Diaphysalidon: in primo enim cum succo Rosarum ipsam decoquit ad Mellis crassitiem: in secundo cum Saccharo, & sero lactis: in tertio in parte colati.

Muca-

II. Mucagines ipso docente capite de Electario de Psyllio in decocto parentur, & cum Saccharo decoquantur, quibus cetera addantur.

III. Penidia si multa, cum Saccharo liquecant, vt Auic. lib. 5. aut decocto iam colo transmissio, sicut Mesue, & Haly lib. 10. cap. 6. si pauca tritis immisceantur.

III. Addatur Dactylorum pulpa à nucleis, & membranulis purgata, & per cribrum traiecta iubente Serap. lib. de Antid. & Haly.

V. Ante pulueres addit Pineorum nucleos, & huiusmodi à tuniculis purgatos, sic & Actuar. lib. de comp. Med. quo tempore, & Amygdalæ iniiciantur in mortario lapideo diligenter trita, & per cribrum traiecta.

VI. Post hæc, vel ante trita iniiciantur iubente Mes. Cassia, Tamarindi, (& interdum Manna) quæ duabus ebullitionibus bulliant, aut semel feruefiat mundata tamen à seminibus, & aliis, vel prius aliqua liquoris parte dissoluatur, & bulliant ad Mellis crassitiem; hæc leguntur in confect. Hamech, in Diaphysalidon, in Triphera Persica, & in Diacoccu Gnidiu Mannam imponit.

VII. Deinde subtracto igne, aut æneo ab illo remoto trita, & pulueres addantur, vt placet Serapioni, Haly, Actuar. & aliis, & maximè si aromata, sicuti Gal. lib. 6. per loc. qui trita illa addit, *cum probè fuerit coctum Pharmacum olla iam in terra deposita*. Paulatim tamen hæc addantur docente Mesue, vbi de Triphera Persica.

Ee 2 Odorata

VIII. Odorata vt Moschus, & Gallia, aliis tritis admiscet ille in Electario Rosato.

IX. At post trita instituunt Purgantia inspergenda esse Aetius, & Serap. & inter hæc Scammonium, vt Auicenn. quod interdum post omnia addit Mes. veluti in Confectione Hamech, quod ab ipso perpetuò non seruatur: quandoque enim Scammonium ebullire facit, vt in Rosato, in Elect. de Psyllio, & de Manna. Sed quandoque ceteris tritis purgantia admiscet, vt in Alchanzi, cuius verba: *Coquantur ad Mellis crassitiem, deponantur ab igne, puluerizentur super illa Trochisci Diarhodon, de Eupatorio, Scammonium, folia Thymeleæ, Mirobalani, Turpethum, Agaricus, Iris, &c. prius inuoluta oleo Thymeleæ.* Quandoque infundit aliquod Purgantium in aliquo liquore, postea exprimit, vt Agaricus, & cum Saccharo, & Manna decoquit, vt in Diacoccu Gnidiu.

X. Decoquantur omnia Electaria igni lento, vel exigua flamina narrante Mesue, ne à feruido calore humiditas propria medicamentorum absumatur, & hæc satis, quæ numero sunt decem ab antiquis circa Electaria, aut lenientia, aut purgantia seruata.

Scammonium, et Colocynthidem non semper corrigenda esse.

Cum multa sint Electaria, & Catapotia, quæ Scammonium, aut Colocynthidem in sui structura recipiant: consonum erit rationi neglectis aliorum
senten-

sententijs à nobis etiam mentis acie indagare si talia effrenia purgantia prius castiganda, & corrigenda veniant, vel sic synceris, minimèq. emendatis vti debeamus in illis descriptionibus loquor, quæ à Mesue, aliove graui Scriptore proponuntur. Hoc facilè nobis euadet ad apertum, si diligenti animo, & accuratè consideremus, & naturam Purgantium illorum, quæ insolenti, effreniq. motu morbidos humores extrudere solent; & præterea facultatem aliorum, è quibus tale Electarium, vel Pilulæ, confi ciuntur; his enim duobus optimè perspectis in certam deueniemus cognitionem huius dubitationis.

Sunt Scammonium, & Colocynthis insignita æstuant, feruidoq. Calore, Morfu, & Vellicatione, & denique qualitate quadam naturæ humanæ aduersanti, quam aliqui Deleteriam, vel Malignā, vel quoquomodo Venenatam dicunt. Cognouit Galenus illa admodum calida esse lib. de vict. rat. com. 4. & 7. in morbis acut. & 4. Aphor. 45. & libro de Purg. Med. facult. Morsum inferre partibus eorum acrimonia, & acutiescribitur eodem lib. de vict. rat. & aliis in locis, quæ breuitati studens silentio inuoluo. Inimica esse humanæ naturæ elicitur ab Hip. dictis, cum affirmet repentinas, & modum excedentes euacuationes naturæ admodum esse molestas, quæ quidem ab huiusmodi purgantibus excitantur; quod fortè etiam decreuit Arist. Sect. i. Probl. 48. dum affirmat *Coctionem nullā illa admittere, immo si iusto plus data sint, perimere egrotantes.* Et ideo non est mirum, si Mes. peritissimus ille Purgantium

In Cano.

In Cano.

gantium Medicamentorum Magister, autoritate Democriti impulsus hæc pronunciauit memoratu digna: *Aut enim malitiam à proprietate innatam, ut qualitatem venenosam, & vite nostræ inimicam emendamus.*

Quam qualitatem, ut videre licet, & Malignam, & Deleteriam vocauit. Quod fortè innuit Gal. lib. 3. de Simpl. Med. facult. c. 23. dicens: *Alia verò in corruptionem, ac tamquam in venenum vertuntur, non autem perpetuò his permista est vis venenosa.* Et lib. de vict. rat. com. 2. & c. 12. *Purgantia nature contraria, atque ut quispiam dixerit lethalia, & deleteria.* Attamen non est statuendum Purgantia inter venena collocari; Venenum enim dicitur, vel toxicum, Arist. teste libro iam dicto, quod exiguè datum necat: sicuti etià narrat Gal. varijs in locis, sed potissimùm lib. j. de Semine; affirmandum tamen erit imaginem quandam veneni corporibus inferre: cum varios cruciatus, atque offensas suscitare soleant: quas, ut iam diximus, non tantum à tali purgatrice facultate pendere affirmamus, sed etiam & ab immoderato eorum Calore, Mordacitate, & Deleteria qualitate, quibus insignita existunt Scammonium, Colocynthis, & similia: à Calore enim exsiccantur partes, inflammantur, & squalidæ redduntur; unde inexhausta siti infirmi excruciantur: à Morfu, atque eorum acrimonia irritatur expultrix facultas, quæ adaucta insolenti motu ora venarum referat, & humores à calore liquatos extrudit inferendo ventriculi angores, animi deliquia, & anxietates, & tandem vlcuscula quædam, tenellas, sensitivasque illas partes

partes vexantia: à Maligna qualitate cordis passion-
 nes suscitantur, vt Tremor, Palpitatio, & Syncope.
 Hæc omnia cognouit Mesue, & in medium attulit
 eorum causas; quarum aliqua etiam litteris prodit
 Gal. 3. de facult. Simpl. c. 26. dicens: *Euenire so-*
let, cum purgans medicamentum usque adeo inualuit, ut
in vasorum ad ventrem pertinentium osculis mordicationē,
apertionemq. multam relinquat, assidueq. irritans, conuel-
lensq. corpora, quæ in vasis sunt, vires dissoluat, atque de-
ijciat; nam quod in ventre euenire conspiciamus, ubi vires
eius in extremam inciderunt infirmitatem, id in venis acci-
dere putandum. Hæc omnia nocumenta cum co-
 gnouissent grauiores Medici, placidè corpora fa-
 nandi cupidi, toto pectore excogitarunt, & vesti-
 garunt illa genera medicamentorum, quæ tribus
 illis iam allatis oppugnare, & aduersari possent: vt
 castigata ignauam, tardam, ac mitem in actum e-
 derent suam operationem; neminem enim eorum
 latebat purgantium Calorem, & Acrimoniam in-
 citamenta, & irritamenta esse Purgatricis faculta-
 tis; cum hæc ab ipso calore maximè distet, si mul-
 tis Medicis, & maximè Auer. lib. 1. cap. 21. colligi-
 tur est credendum. Omnia illa, quæ retardare pos-
 sunt effrenium horum Purgantium operationem
 ante oculos nobis posuit Mesue, sedulus ille Phar-
 macopæus, necnon etiam illa, quæ Deleterix quali-
 tati resistunt, & quæ non paucas nobiles partes ro-
 borant, atque firman. Hæc sub terno locantur ge-
 nere: Aliqua illorum feruidū Calorem remittunt:
 Alia eorum acrimoniam, atque morsum obtun-
 dunt,

dunt, & cohibēt: & Nonnulla ab illorū praua qualitate partes quasdā nobiles custodiunt, & incolumes feruant. Calorem æstuantem reprimūt, & remittunt frigida, & humida, à quibus etiam & acrimonia minuitur, & ideo Galenus, ut scribitur 14. Metho. exhibuit Scammonium cum sero, tamquam corrigens illud. Morsum frenant, & acrimoniam obtundunt varia, quorum meminit Mesue dicens c. 3. Amara substantia sua acrimoniam purgantium quadatenus frangunt, & reprimunt, & ob id rectè quidam Scammonio Aloen miscuerunt, & stomachum firmant. Vnctiosa lubricant, morsum frangunt, & asperitatem leniunt. Hoc præstant & Dulcia, quæ & celerant purgationem, & morsum ferrantem frangunt. Sic & Insipida, & Acida, & Stiptica, & Glutinosa omnia, atque Lenta; sed inter hæc omnia duo ad sidera Stiptica videlicet, & Glutinosa extollit, cuius verba: *Stiptica tribus modis melius reddunt medicamentum. Primò, quia substantia sua purganti repugnat, non modo crassa sed frigida, qua illius acrimoniam, & inflammationem frangunt: & ob id Maiores Scammonium in Malo Cydonio coxerunt. Secundò, facta ventriculi compressione, citius & facilius Purgatorium è corpore propellitur: Stiptica denique Ventriculum, & reliquas partes nutritioni destinatas roborant, & ventriculi nauseam sedant. Postremò Glutinosa omnia sua substantia medicamentorum malignitatem frangunt, & exulcerari viscera, Venarumque ora aperire interpositu suo prohibent. Quapropter Tragacanthum, aut Mastiche, aut Bdellium rectè miscentur Colocynthidi & alijs. Hæc ille, quod et Mu-*
cagines

cagines efficiunt, vt particularibus locis adapertè demonstrat. Cognouerunt etiam hæc ante ipsum Græci Medici. Hip. enim lib. de vict. rat. cō. 2. r. 12. exhibet protinus post medicamentū purgans Ptissia nam: quæ sui lentore, atque leni qualitate mordicationem, & calorem sui frigiditate, & humiditate frangere, & remittere potest. Dioscor. lib. 4. c. 182. exhibendum esse Scammonium cum Sesami, aliove semine, vel Malsa: illa enim vnctuosa, & hæc dulcis existit. Sic & Aetius Ser. 3. Colocynthidem infundebat Sapa, aut Vino per diem. & Paul. lib. 7. & Rhas. Melicrato. Probantur à Galeno, & Adstringentia, & Stiptica, quoniam ab his effrenis illa purgatio, ignaua & imbecilla redditur, cum contraria sint purgantibus, sicut 3. de Simpl. facult. scribitur, & lib. 1. cap. 2. dum de Scammonio Pomo Cydonio decocto, *quod quidem Pomum reiecto Scammonio aliqui mandendum exhibebant.* Qui præterea lentorem habentia probauit lib. 1. cap. 1. de Comp. Medic. per loca, dum Scammonio, & Colocynthidi Mastichen, & Bdellium admiscuit. Aduersantur Deleteriae qualitati, vel naturæ humanæ oppugnanti Alexiterium, quod Zezchar Arabes vocant, necnon etiam Aromata omnia, & odorata; nam hæc, vt reliquit scriptum Mes. c. 3. *Flatus tenuant, & dissipant, incidunt materiam crassam, & attenuant, obstructions aperiunt, penetrandi virtutem impertiunt, & suo calore, cum quædam sint acria, purgationem celerant, & quæcumque odore iucundo prædita existunt, nauseam non tantum sedant, ventriculiq. subuer-*

Ff sionem;

Gal. et de
Alim. c. 1.

Orib. 1.
Sinop.

Lib. de sim
pli. cap. de
Scammon.

sionem; sed cerebrum, & cor roborant, animumq. exhilarant. Hæc ille. Cognouit etiam Galen. varijs in locis benè olentia admiscenda esse purgantibus; sed præcipuè Comment. 2. de Morb. acutis, cuius verba: Quo item modo in horum medicamentorum potu seminum aliqua, quæ boni sint odoris miscemus, quæ etiam malitiam obtundere nata sint, & operationem suam non prohibeant, tenuandi, incidendique facultatem obtinentia, ita ut & crassos incidant humores, & vias, quibus euacuatio fiat, aperiant. His omnibus addit Mesue. Elixationem; quoniam hæc excrementosum coquit humorem, flatus crassos, mordaces, & ventriculum subuertentes dissipat, eiusque denique acrimoniam, motus in corpore molestos, vimque excoriantem frangit. Propterea Scammonium coctum est præstantius in vase vitreo cum succo Rosarum, & oleo Amygdalarum dulcium. Ab his omnibus etiam si diuersa ratione castigantur, & corrigantur Purgantia illa medicamenta, quæ effrenia vocantur, quæ omnia Mesue peritissimus Medicus etiam particularibus purgantibus adaptauit, ut Scammonio. Cuius hæc exstant dicta. Quinque sunt noxæ, & nocumenta, quæ infert Scammonium corporibus. Primò subuertit flatu mordaci ventriculum ad nauseam, & ideo coquitur in Pomo, præsertim cum Dauco, Galanga, Semine Apij, Fœniculi, & similibus. Secundò accendit calore vehementi corpus, febres interdum accendit, inextinguamque sitim, hæc noxa tollitur refrigerantibus, & flammæ caliditatem frangentibus, ut Mucagine Pyllij, succo & carne Prunorum, succo & aqua Rosarum,

farum, & Violarum recentium, Cydoniorum succo, Spodio, oleo Rosaceo, aut Violato. Tertio loco, cum immodicè ora venarum aperiat, Stiptica excogitata sunt, quæ acrimoniam tollunt, & permeandi facultatem reprimunt, talia sunt Mastiche, caro Cydoniorum, Mirobalani, & Aloe. Quarto loco, conueniunt illa quæ leniendo, & lubricando aluum subducant, vt celeriter descendant, ne corpus deturbent, vt Psyllij mucago, & similia. Postremò, cum suæ substantiæ proprietate oblædat cor, ventriculum, & hepar, corrigatur Cardiacis, Stomachicis, & Hepaticis. Hæc omnia à Mesue tam diligenter narrata demonstrant hoc in particulari corrigendo purganti totam illam vniuersalem Methodum elucere. His narratis redeamus ad initium nostræ orationis, & dicamus, nisi affirmamus casu à Mesue, ceterisq. Medicis antiquis Electaria, atque Pilulas purgantes confectas fuisse, loco Scammonij Dachrydium, & Colocynthis Trochiscos Alhandal sumēdos non esse, quotiescumque in descriptionibus adinueniantur corrigentia, nisi autor Medicamenti hoc decernat, eius enim dictis, atque mandatis est acquiescendum: varij enim eius exstant scopi, atque fines: quoniam interdum studet non tantum euacuare, sed etiam alterare, aut scindere humores, attenuare, aut discutere, aut roborare: & ideo adauget numerum purgantia castigantium: interdum à propinquis euacuare humores subtiles, & fluidos, vel quoquomodo lentos cupit blandè,

Ff 2 &

& placidè; quapropter multa Stiptica illis immiscet, vt ignaua, atque lenta fiat eorum operatio: quandoque à remotis optat educere humores, vt videre licet in Pilulis nonnullis, in quibus minima sunt corrigentia: nemini enim est obscurum, ad multitudinem castigantium, & præcipuè Stipticorum, & incrassantium minui purgantium effræniū actionem, & ideo Galen. ni fallor, lib. 1. de Comp. Medic. secundum loca, c. 1. vbi de Pil. ex Colocyntide, hæc: *Cum succo Absinthij fiat massa, antea verò & Mastichen Chiam, & Bdellium adieci; hoc enim modo Quintus utebatur, verum propter quid illa reiecerim, alio loco explicabo, & 5. Meth. c. 14. Sanè satisfaciunt ad usum, quæ sine Gummi componuntur.* Reiecit autem illa, si danda fides est iam dictis, vt assequeretur Pilulis illis completam, atque vehementem euacuationem, quæ à viscidis illis, & Gummi vetabatur; & ideo interdum vitur ille aliquo effræni medicamento minimè castigato, cupiens validam eius operationem, vt cap. de Quartana, lib. 1. ad Glaucon. dū de Elleboro, sic: *Elleborum album exhibendum infixum & permistum radiculis, quod si nihil fecerit, Elleborum ipsum.* Hæc patefaciunt corrigentia non tantum minuere purgatricem facultatem; sed quandoque ipsam auferre. Si igitur Galenus, vel Mesue, vel alius celebris Medicus iubeat parandas esse Confectiones aliquas, quæ Scammonium, aut Colocyntidem recipiant, non debet Pharmacopæus eorum loco vti Dachrydio, aut Trochiscis Alhandal; vt ille, qui ignorat varios Scriptorum scopos, atque

que fines; nisi in descriptione contineantur; semper enim in dictis Compositionibus à Mesue descriptis, aut vnum, aut duo, aut plura sunt castigantia talia medicamenta: etiamsi & quandoque nullo corrigenti exhibeantur, teste Galeno supradicto loco: & ideo mandata Scriptorum sunt exequenda illo modo, atque conditione, qua imperantur: nunc enim plenam cupiunt, atque perfectam purgationem, nunc imbecillem, et mancā, nunc roborare, nunc relaxare, nunc alterare, nunc discutere, et quandoque incidere, et attenuare vnā tamen cum humorum euacuatione tentāt: et ideo Mesue, Rufo tamen impulsore, dum de varijs modis Scammonij parandi hæc: *Non solum minuenti, sed etiam aut augenti, vel mutanti vires Scammonij pro scopis varijs, si affectus postulat, & res patitur.* Cum igitur fines, atque scopi varij Medicorum Seplasiarijs sint ignoti, et præterea ignorent naturam medicamentorum illorum, quibus Scammonium, Colocynthis, et similia castigantur, quorum aliqua ferè semper in descriptionibus existunt, non audeant Trochiscis Alhandal, vel Dachrydium Colocynthidis, vel Scammonij loco vti.

Error multorum Seplasiariorum, ac et Med.

*Electarium aluum leniens Rhafi adscriptum,
quod Lenitium dicitur, et circa ipsum
parandum Exercitatio.*

Rx. Passarum enucleat. vnc. ij.
Capil. Veneris M. β.

Viola-

230 De vera Meth. Phar. par.

Violarum,

Hordei mundi ana M. β.

Zizipha,

Mixa, idest Sebesten ana nu. xx.

Glycyrrhizæ mundæ vnc. β.

Prunorum,

Tamarindorum ana dr. vj.

Senæ,

Polipodij ana vnc. ij.

Aquæ lib. v.

Decoquantur saltem ad consumptionem dimidij, in aquam prius iniiciendo Pruna, Sebesten, Polypodium, et Vuas passas, quæ sint nucleis priuatæ, aut discissæ, sic & Glycyrrhizâ, deinde Senam, post hæc Violas, Capil. Ven. & Tamarindos, colentur, & exprimantur, expresso adde

Pulpæ Cassiæ,

Tamarindorum,

Sacchari violati,

Sacchari optimi,

Pulpæ Prunorum ana vnc. vj.

Incred. xvij.

Quæ omnia lento igne agitando placide bulliât, vel potius euaporando perueniant ad formam, ac consistentiam Electarij, cui adde pro singula libra Senæ optimè tritæ, & cretæ vnciam vnam, & ab igne remoueatur. Aliqui addunt Penidiorum vnc. tres, & aliqui Mannæ vncias sex: sed hæc imperentur à Medicis.

Diacassia

*Diacasia Ioannis Concoreg. et modus ipsam
conficiendi ab ipso institutus narratur.*

℞. Prunorum,
Violarum ana vnc. vj.
Aquæ commun. lib. vj.
Coquantur ad consumptionem tertiæ partis, co-
lentur, & addantur
Mannæ Elect.
Pulpæ Cassiæ ana vnc. vj.
Tamarindorum vnc. v.
Bulliant hæc igni lento agitando, donec crasse-
scent, quibus addantur
Sacchari rubei lib. j.
Sacchari candi pul. vnc. iij.
Penidiorum vnc. ij. *Ingr. ix.*

Quæ iterum bulliant. At si secundum ordinem
à me descriptum agere volumus, cum illo decocto
bulliat Saccharum ad Syrupi consistentiam, cui im-
ponantur Cassiæ pulpa, Manna, & Tamarindo-
rum pulpa, & denique Saccharum Candi, & Peni-
dia solitaria trita.

*Diacasia Mesue fortè adscripta illi
pro Clysteri.*

℞. Succi Violarum,
Beræ, seu Blitis ana vnc. iij.
Mercu-

232 De vera Meth. Pharm. par.

Mercurialis,

Maluæ,

Herbæ Muralis, à vulgo Vitrioli ana vnc. iij.

Succi Absinthij vnc. ij.

Mellis quātitatē sufficientem .f. lib. j. Ingr. viij.

Coque ad crassitiem Mellis, tunc adde Medul-
læ Cassiæ libram vnam.

Diaprunum simplex Nicolai Mirepsij.

Rx. Pruna Damascena recentia num. centum nu-
cleis priuata.

Decoquantur in sufficienti quantitate aquæ, ita
vt coperta sint, deinde per cribrum setaceum trans-
mittantur. in decocto bulliāt vncia vna florum Vio-
larum, coletur, colatum coquatur cum duabus li-
bris Sacchari ad crassitiem Syrupi, cui adde
Pulpæ Prunorum iam dictæ lib. j.

Cassiæ,

Tamarindorum ana vnc. j.

Quæ dissoluantur aliqua leui decocti portione,
& iterum bulliant placidè semper agitando spatha
lignea, ab igne remoueantur, & addantur hæc

Santalorum Alborum,

Rubeorum,

Spodii,

Rhabbarbari electi,

Cinnamomi ana drach. iij.

Rosarum rubearum drach. ij.

Viola-

Violarum,
Sem. Portulacæ,
Scariolæ. f. Endiuix minoris,
Berberis,
Succi Glycyrrhizæ,
Tragacanthi ana drach. ij.
Sem. Cucurbitæ,
Cucumeris,
Melonum ana drach. j. *Ingred. xx.*

Fiat puluis, vt est artis. Sint semina cortice priuata. Quot inueniuntur Seplasiæ, qui ex Prunis iam exsiccatis neglecta ægrotantium vtilitate, & Scriptoris sententia hoc parant? Error aliquorum.

Diaprunum Solutiuum, quod Completum dicunt.

Rx. Iam dicti Diaprunis lib. j.
Dachrydii drach. vij. *Ingred. ij.*

Diligentissimè permisceantur longè ab igne, atamen sit calidū, sed melius erit vti loco Dachrydij Scámonio; cum à multis corrigatur ingredientib.

Electarium de Myxis, vel Diasēbesten Bartholomai Montagnana, et via parandi ipsum ab ipso instituta.

Rx. Sebesten, scilicet Myxa vnc. v.
Aquæ Violarum lib. j.

Gg Infun-

234 De vera Meth. Pharm. par.

Infundantur cultro plagata Myxa in dicta aqua calida per duodecim horas; postea bulliant ad dimidium, & colentur colo raro, & laxo, cui adde

Aquæ Ireos,

Anguriæ ana vnc. vj.

Sem. Commun. frigidorum,

Violarum ana vnc. j.

Succi Mercurialis vnc. iiij.

Bulliant ad exhalationem dimidii, colentur, cui adde

Penidiorum vnc. viij.

Diaprunis non solutiui lib. j. β.

Dachrydij drach. iiij. β.

Incred. xij.

Error aliquorum.

Fiat Electarium. Aliqui non leue committunt erratum, dum affirmant Myxa non esse ita maceranda, & ebullienda, ne eorum lentor decocto communicetur, immo hoc cum ratione factum fuit ab inuentore Medicamēti, vt leniat, & humores acres compescat; sed hoc non est Seplasiarij. Aliqui, vt aduersentur Scriptoris menti, aquæ Violarum libras duas recipiunt.

Error alter.

Descriptio Diasenæ Nicolai.

Rx. Senæ vnc. iiij.

Auellanas assatas. s. valde igni exsiccat nu. quingenta.

Serici torrefacti, idest valdè exsiccati drach. ij.

Lapidis

Lapidis Armeni, à Pictoribus dicitur Viride
Ceruleum drach. j.

Lapidis Lazuli drach. iij.

Cinnamomi vnc. j.

Galangæ,

Caryophyl.

Cardamomi maioris, & minoris,

Sem. Ozimi, s. Basil.

Croci,

Zingib.

Zedoariæ,

Foliorum Caryophyl.

Florum Rorismarini,

Piperis,

Piperis longi,

Spicæ ana drach. ij.

Sacchari vnc. vj.

Mellis quantum satis, scilicet libræ duæ cum di-
midia. *Incred. xxj.*

Lapides sint abluti eo modo, quem capite de La-
pidibus narrauimus, Auellanæ exsiccatae, & à corti-
ce mundatae comminuantur solitariæ, & cum Mel-
le iam decocto misceantur cetera secundum artē,
aut aliqua per se sola terantur, & cribro tenui excu-
tiantur. Sena optima seligatur, vt Folliculi à Mesue
celebrati, & non folia, vt multi Seplasiarij, pallen-
tia, & vetustate disrupta faciunt.

Error mul-
torum.

Gg 2 Triphera

*Triphera Persica Mesue, et circa modum illam
conficiendi Exercitatio ipsius.*

℞. Succi Solani, idest Solatri,

Endiuia, scilicet Intybi,

Apii,

Lupulorum depuratorum analib. ij.

Quibus hæc immitte

Violarum recentium, aut exsiccatarum in de-
fectu recentium lib. j.

Folliculorum Senæ vnc. ij.

Agarici vnc. j.

Pruna Damascena nu. quinquaginta.

Cassuthæ, idest Cuscutæ vnc. β.

Myrobal. Cepularum, idest Chebul.

Indarum,

Citrearum, idest Citrin.

Oleo Amygd. frixarum, aut Violato ana dr. ij.

Spicæ Nardi drach. iij.

Coque igni prunarum lento, donec libra vnica,
aut duæ, aut vt aliqui sex supersint, quibus iniice
Epithimi drachmas quadraginta, & Mirobalanos,
prius autem oleo Amygd. dulcium mersas, ferue-
fiant, tollantur ab igne, & colentur, in parte cola-
ti dissolue

Tamarindorum recentium vnc. iij.

Pulpæ Cassiæ vnc. iij.

Mannæ vnc. β.

Sacchari Violati vnc. xij.

Cola,

Cola, vt mundata sint à feminibus, & alijs. In parte reliqua, & Aceti libra vna coque igni lento Sacchari albissimi libras tres, adde quod prius in succis est dissolutum, scilicet Manna, Cassia, Tamarindi, & Sacch. Viol. Misce, percoque ad Mellis crassitudinem. Postremò adde paulatim

Rhabbari boni vnc. ij.

Mirobal. Citrearum vnc. β.

Cepularum, scilicet Chebul.

Indarum ana vnc. j.

Bellericarum,

Emblicarum ana drach. iiij.

Sem. Fumariæ,

Trochisci Diathodon,

Macis,

Mastiches,

Cubeborum,

Spodij, eius loco ex Ebone assato, & aqua Rosa cea parato,

Santali Citrei,

Sem. quattuor frigid. ana drach. ij. β.

Anisi drach. iiij.

Spicæ Nardi drach. ij.

Ingred. xxxix.

Omnia in pollinem redigantur, & oleo Violato inuoluantur. Hæc Mesue, qui reuera in hoc Electario conficiendo nos docuit certam Methodum cetera alia præparandi, quæ aut hæc omnia, aut maiorem partem in se recipiant. Arbitrantur aliqui illa prima decoquenda esse in illis succis secundum

Error aliquorum.

artem,

238 De vera Meth. Pharm. par.

artem, sed decipiuntur; prius enim immittit simplicia in succis, deinde coquit.

Electarium Indum mains Mesue.

℞. Cinnamomi,
Caryophyl.
Spicæ Nardi,
Rosarum,
Cassia,
Macis,
Cyperi ana drach. iiij.
Santalorum Citreorum drach. ij. β.
Ligni Aloes,
Nucis mosc. ana drach. ij.
Turpethi boni, gummosi, albi, & arundina-
cei drac. quinquaginta.
Sacchari,
Penidiorum ana vnc. xx.
Galangæ,
Cardamomi, vtriusque scilicet maioris, & mi-
noris,
Asari, scilicet Baccharæ,
Mastiches ana sesquidrachmam.
Scammonii boni, in Malo Cydonio decocti
drach. xij.
Omnia cum oleo Amygdalino frizentur, dein-
de accipe
Succi Cydoniorum,
Granatorum lib. β.

Succi

Succi Apii,

Fœniculi ana lib. β.

Ingred. xxv.

Mellis quantitatem conuenientē, quæ erit quatuor saltem librarum. Fiat Electarium, ut est artis. Studet magis Mesue inalterare, quàm alium subducere, & ideo Scammonium in Pomo coctum imponit: nam ad copiam corrigentium minuitur purgatio. Sed hoc non est Seplasiarij.

*Electarium Diaphenicum à Zeſar descriptum
relatore Mesue, & secundum nostram Me-
thodum Exercitatio, quod sit in usu.*

Rx. Phenicon Cyrron .i. Dactylorum Fuluorum,
tales sunt immaturi, Aceto per triduum ma-
ceratorum drach. centum.

Penidiorum hordeatorum, eorum loco com-
mun. drach. quinquaginta.

Amygd. purg. s. dulcium, ut Auicenn. dr. xxx.

Turpethi drach. xxxv.

Scammonij drach. xxij.

Zingiberis,

Piperis longi,

Foliorum Rutæ siccæ,

Cinnamomi,

Macis,

Ligni Aloes,

Sem. Anisi,

Fœniculi ana drac. ij. β.

Sem.

240 De vera Meth. Pharm. par:

Sem. Dauci, Sem. Pastinacæ filu. eius loco,
Galangē ana drach. ij. β. *Ingred. xvj.*

Melle despumato sufficienti excipe, sufficiens autem quantitas, si pro singula libra Mellis vnc. tres Specierum sumantur, trium librarum existit.

Cum Melle diligenter despumato Penidia, cum sint multa, liquecant, & ad spissitudinem idoneā bulliant, his adduntur Dactyli macerati, prius à nucleis, & à membranulis mundati, & postea per cribrum traiectioni, sic & Amygdalæ in mortario lapideo accuratè detritæ, & per cribrum transmissæ, cum horum humiditas euanuerit, remoueantur ab igne, & addantur Species, & denique Turpethum, & Scammonium; vel hæc duo cum aliqua portione Specierum diligētī manu læuigentur. Scammoniū non sit in Pomo coctum, vt multi credunt; nam hoc aduersatur sententiæ Scriptoris; cum enim desiderat paratum esse, hoc liberè, & adaperre dicit, vt in Electario Indo. Præterea quis ignorat multa existere corrigentia, & castigantia illud, vt Dactyli, Amygdalæ, & Aromata, sicuti manifestò ab ipso Mesue scribitur capite de Scammonio.

Error aliquorum.

Daetylorum pondus sit drachmarum centum ante macerationem, vt reliquerunt scriptum

Auicen.

& Serap. qui prius diligenter sint mundati.

Electarium

*Electarium de Psyllio, et modus parandi
à Mesue descriptus.*

℞. Succī Buglossi domestici,
siluestris,
Intybi, scilicet Endiuīæ,
Appij cocti, ac despumati ana lib. ij.
His infunde per spaciū vigintiquattuor ho-
rarum
Cassuthæ,
Anisi,
Folliculorum Senæ ana vnc. β.
Adianti, scilicet Capil. Vener. M. j.
Succi Fumariæ vnc. iiij.
Asari vnc. iiij.
Spicæ Nardi drach. ij.
Semel feruefiant, & adde
Violarum viridium, vel siccarum vnc. iiij.
Epithymi vnc. ij.
Et semel quoque feruefiant, cola, & exprime, &
colato macera vigintiquattuor horis, in singulas
horas rudicula agitando
Psyllii vnc. iiij.
Post exprime totam mucaginē, in cuius libris
quattuor coque igni lento
Sacchari lib. ij. β.
Scammonii in Malo Cydonio cocti vnc. iiij. β.
His omnibus coctis adde pulueris
Trochiscorum Diarhodon vnc. j.
Hh Trochisc.

242 De vera Meth. Pharm. par.

Trochisc. de Spodio,

de Rhabarb. ana vnc. j.

Berberis .f. Oxyacanthæ vnc. β.

Hæc Mesue.

Incred. xx.

Prius tamen remoucantur ab igne. Timet in hoc maximam agitationem humoris biliosi, & effrænem euacuationem, qua non indiget ille, cum fluidus, & subtilis existat; & ideo Scammonium Pomo castigatum imponit; etiamsi multa sint corrigentia, ut mucago Psyllii, & Trochisci; & ideo si leant, qui audent descriptiones Mes. corrigere.

Electarium Rosatum Mesue.

℞. Succi Rosarum rubrarum perfectarum lib. iiij.

Sacchari lib. j. β.

Mannæ puræ, & recentis vnc. j.

Scammonii Antiocheni vnc. j. β.

Coque flamma lenta ad Mellis crassitudinem, tunc adde

Trochiscorum Spodii vnc. j.

Galliæ,

Croci ana drach. ij.

Trochis Oxyacanthæ .f. Berber. dr. iiij. *Ingr. viij.*

Error aliquorum.

Repone vitreo vase. Hæc Mes. Ponunt aliqui loco Scammonii Dachrydium, non considerantes à coctura, à succo Rosarum, & à Trochiscis illis castigari, si dictis Mes. cap. de Scam. præstanda venit aliqua

aliqua fides, hoc diligentissimè leuigetur, quod facile est, cum optimum existit; tale enim frangibile, vel aliqua succi Rosarum, & Sacchari portione dissoluatur, & paulatim addatur perpetuò rudicula agitando, ne in vnum & Manna, & Scammoniū coeant; quæ quidem Manna simul bulliat cum succo, & Saccharo à principio, fit enim coctione melior, vt Mesue cap. de Manna; dicant quidquid volunt nonnulli voluntate, & non ratione ducti.

Error aliorum.

Electarium de Succo Rosarum Nicolai.

℞. Succi Rosarum,
Sacchari ana lib. j. & vnc. iiij.
Santalorum Rubeorum,
Alborum,
Citrinorum ana drach. vj.
Spodii drach. iiij.
Dachrydii drach. xij.
Caphuræ scrip. j.

Ingred. vlt.

Coquantur succus, & Saccharum ad idoneam crassitiem, quibus ab igne remotis cetera addantur, Caphura aliqua Syrupi portione dissoluatur.

Electarium Mannæ à Mesue descriptum, et ab ipso attributum Galeno.

℞. Mannæ puræ, & recentis,
Succi Rosarum rub. ana lib. j.
Hh 2 Diffol-

244 De vera Meth. Pharm. par.

Dissoluatur Manna, & coquatur igni lento ad crassitudinem conuenientem, tunc adde

Scammonii vnc. j.

Mastiches drach. iij.

Ingred. iij.

Sed in antiquo exemplari decoquit Scammonium cum Saccharo, & Manna, ferre enim cocturam Mannam, & Scammonium adaperitè legitur cap. de Scammonio, maximè si cum succo Rosarum, aut earum aqua decoquatur: & ideo coquere iubet illud in Elect. Hamech, & Rosato. Emendatur Scammonium à Mastiche, succo Rosarum, & coctura: & ideo frustra Dachrydium à nonnullis probatur.

Error aliorum.

Electarium Hamech à Mesue descriptum.

℞. Mirobal. Citrearum vnc. iij.

Cepularum, idest Chebul.

Nigrarum,

Rhabarb. ana vnc. ij.

Agarici,

Colocynthidis,

Polypodii ana drach. xvj.

Absinthij,

Thymi,

Senæ ana vnc. j.

Violarum drach. xv.

Epirhymi vnc. ij.

Anisi drach. vj.

Rosa-

Rosarum ,
 Fœniculi ana drach. vj.
 Pruna lx.
 Vuarum passarum mund. vnc. vj.
 Succī Fumariæ lib. j.
 Macera dies quinque Sero lactis (scilicet Capri-
 ni) sufficiente, (Quantitas accommodata erit duo-
 decim circiter librarum) in vase vitreo, stricti oris,
 & obturati, semel deinde feruefiant, manibus fri-
 centur, & colentur. Colato adde
 Cassiæ fistulæ purgatæ vnc. iiij.
 Tamarindorum vnc. v.
 Mannæ vnc. ij.
 Frica manibus, cola, percoque ad Mellis crassi-
 tiem cum Sacchari libra vna, & dimidia, & Scam-
 monii vncia & dimidia.

Postremò adde

Mirobal. Citrearum ,
 Cepularum ,
 Indarum ana vnc. β.
 Bellericarum,
 Emblicarum,

Rhabarbari,
 Sem. Fumariæ ana drach. iiij.

Anisi,

Spicæ Nardi ana drach. ij.

Et fiat Electarium.

Ingred. xxxij.

Multi, sicuti eorum est mos, quærentes aliorum
 famam destruere, & potissimum viri huius celebris,
 affirmant

Error mul-
 torum.

246 De vera Meth. Pharm. par.

Error alio-
rum.

Error alter.

affirmant Cassiam, Tamarindos, & Mannam non
esse ebullienda cum Saccharo, sed prius parare il-
lud ad Mellis compagem redactum, & postea ad-
dere iam dicta; ignorant hi finem Mesue, & ideo
eius mandata castigare tentant. Alij Scammoniū
post omnia addunt, quod aduersatur eius dictis,
nec coquunt illud, cum postremò addat pulueres.
Sunt denique quidam qui Scammonium in Pomo
coctum imponere iubent; ad quid quæso, nisi di-
camus, vt cōtradican Magistro; nonne decoquit
illud? nonne omnia genera Myrobalanorum medi-
camentum recipit? Præterea quot principes partes
roborantia in se continet hoc Electarium? si time-
mus Seri aliquam putredinem, sæpè agitur; sed
hoc prohibetur ab amaris ingredientibus, maxi-
mè si sit Oxymele Serum paratum.

Electarium Elefscoph, siue Episcopi Mes.

Rx. Scammonij Antiocheni,
Turpethi albi ana drach. vj.
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Zingiberis,
Nucis moschatæ,
Myrab. Emblicarum,
Polypodii ana drach. ij. β.
Sacchari vnc. vj.

Ingred. x.

Mellis quantitatem sufficientem, quæ erit si com-
putum

putum faciamus cum quantitate Specierum libra
vna cum aliqua portione. Multa exstunt corrigen-
tia Scammonium, & Turpethum; & ideo frustra
aliqui Dachrydium eius loco imponunt.

Error ali-
quorum.

Electarium Diacatholicum Nicolai.

Rx. Pulpæ Cassiæ,
Tamarindorum,
Senæ mundæ ana vnc. ij.
Rhabarbari,
Polypodii,
Violarum,
Anisi ana vnc. j.
Glycyrrhizæ rasę,
Penidiorum,
Sacchari Candi,
Quattuor Sem. frigid. maiorum ana dr. ij.
Hæc omnia terantur, & cribro excutiantur, &
sume
Polypodii recentis vnc. iiij.
Sem. Fœniculi drach. vj.
Aquæ communis lib. ix.
Coquantur hæc duo ad dimidii consumptionē,
& colentur, & colaturæ adde
Sacchari albi lib. ij. *Incred. x-vij.*

Coquantur ad Syrupi consistentiā, & supradicta
trita addantur, Cassia aut, Tamarindi, & Māna ali-
qua portione Decocti dissoluant prius, & colentur.

Alia

*Alia descriptio efficacior, quæ magis est in usu,
et à nobis laudatur.*

℞. Folliculorum Senæ,
Castiæ fistulæ mundæ,
Tamarindorum ana vnc.viij.
Rhabarbari,
Violarum,
Polypodii,
Anilorum ana vnc. iiij.
Glycyrrhizæ rasæ,
Penidiorum,
Sacchari Candi ana drach. iiij.
Quattuor Sem. Frigid. maiorum mundato-
rum ana vnc. j.

Quæ sunt terenda, terantur, & dissoluenda in
aliqua quantitate decocti huius infra scripti, dissol-
uantur, fume

Polypodii lib. j.

Sem. Fœniculi vnc. j.

Aquæ communis lib. xij.

Sacchari lib. viij.

Incred. xviiij.

Bulliant illa duo ad exhalationem dimidii, dein-
de colentur, & cū Saccharo fiat Syrupus, cui adde
iam dicta. Anisi semina in Antidotario Nicolai
non reperiuntur.

Benedicta

Benedicta Laxativa Nicolai.

℞. Turpethi,

Efulæ,

Sacchari ana drach.x.

Caryophylli,

Spicæ,

Zingiberis,

Croci,

Saxifragiæ,

Macropiperis,

Amomi, eius loco Calam. Arom.

Cardamomi,

Macis,

Petroselini, vel Selini spermatis,

Sem. Apii,

Salis Gemmei,

Galangæ,

Sem. Carui,

Fœniculi,

Asparagi,

Brusci,

Milij Solis ana drach.j.

Dachrydii,

Hermodactyl.

Rosarum ana drach. v.

Ingred. xxv.

Mellis lib.ij. & vnc. duas circiter. Aliqui autores
negligentes illud, quod semper audaci fronte affir-

Error ali-
quorum.

li mant,

250 De vera Meth. Pharm. par.

mant, ponunt libras tres; quamquam trita huiusmodi quantitati Mellis non conueniant; cum non sint vnciæ nouem, etiam si Saccharum in illis tritis collocetur, quod est à ratione alienum, vt illi alii in locis scribunt.

*Electarium Turpethi cum Rhabarbaro Suardi,
quod Diaturbit dicunt.*

Rx. Turpethi albi drach. x.
Zingiberis drach. v.
Galangæ,
Piperis longi,
Cardamomi maioris,
Croci ana scrip. j.
Macis scrip. β.
Rhabarb. optimi drach. iiij.
Dachrydii per noctē aqua Rosacea infusi dr. β.
Sacchari vnc. xv. Ingrēd. x.

Fiat Confectio secundū artem.

Electarium de Carthamo Nicolai Florentini, seu de Cnico.

Rx. Diatragacanthi frigidi vnc. j.
Carnis Cydoniorum vnc. ij.
Zingiberis albi drach. j.
Medullæ Sem. Carthami vnc. β.
Turpethi elect. drach. ij. Dachry-

Dachrydii drach. β.

Mannæ,

Mellis Rosati purificati ana drach. iij.

Sacchari albi vnc. xv.

Ingred. ix.

Fiat secundum artem Confectio.

Hieræ descriptio à Galeno tradita lib. 2. de Comp.

*Med. secundum locos cap. 1. quæ ille ute-
batur, et nos probamus.*

Rx. Mastiches,

Afari,

Spicæ Nardi,

Cinnamomi,

Xilobalsami, in eius loco lignum Aloes,

Croci ana drach. vj.

Aloes drach. xc. i. nonaginta.

Ingr. viij.

Et quoniam, ut Galenus refert, multi drachmas centum Aloes iniiciebant, ille tantum nonaginta esse, & sufficere decreuit, cuius verba: *Visa est mihi nimia eius copia centum drachmæ esse ad proportionem reliquorum: quapropter etiam per xc. drachmas ipsam composui, & per lxxx. quin & per pauciores aliquando Crocum; propterea quod ex eius usu quidam capite ledantur; quare optiam eius esse compositionem iudicans, quæ ex Aloes drachmis xl. & quinque Croci constat, hac ego utor. At Andromachus, sicut lib. 8. cap. 2. secundum loca scribitur, imponebat drachmas centum, quæ quidem*

Ii 2 Aloes,

252 De vera Meth. Pharm. par.

Aloe, ut ibi à Galeno narratur, si illota fuerit, ap-
tior erit ad ventris subductionem.

Mastiche, Crocus, & Aloe per se comminuan-
tur, deinde ceteris admisceantur. Si Electarium pa-
rare desiderant Pharmacopæi, cum tribus uncis
pulveris pro singula libra Mellis despumati confi-
ciatur, vase prius ab igne deposito trita paulatim
iniiciendo, & accuratè permiscendo: & sic per lon-
gius tempus servatur, ut 7. Meth. c. 2. legitur.

Hiera Picra Mesue adscripta Galeno.

R̄. Cinnamomi,
Mastiches,
Asari, scilicet Baccharæ,
Spicæ Nardi,
Carpobalsami, Cubebæ eius loco,
Crocī,
Xilaloës, scilicet ligni Aloës,
Cassia ana par. æquales.
Aloës duplum pondus omnium. *Ingred. ix.*
Quidam addūt Schenuanthum, alii Absinthiū,
& alii alia. Quidam Melle excipiunt: alii cum aqua
Bdellii, & Tragacanthi in Trochiscos fingunt.

*Hiera Hermetis cum Dracunculo, vel Serpen-
taria à Mesue descripta.*

R̄. Aloës unc. j.
Trochisc. Alhandal, nō cognovit Hermes hos
Tro-

Trochiscos, sed Colocynt. tantum Aur. viij.

Turpethi,

Agarici,

Luf vtriusque sicci, f. maioris, & minoris, idest

Dracunculi, vel Serpentaria à Dioscor. Arum.

Iridis,

Sagapeni,

Myrobal. Citrearum,

Cepularum, i. Chebul.

Indarum ana sesquidrach.

Zingiberis,

Cinnamomi,

Mastiches,

Bdelii,

Hellebori nigri,

Euphorbii,

Alari, f. Baccharæ,

Casæ lignæ,

Salis Indi,

Castorei,

Croci,

Sem. Appii,

Cheism, f. Ligustici,

Sem. Mazereon, i. Chameleæ,

Stecados ana drach. j.

Scillæ assatæ drach. ij. β.

Scammonij drach. ij.

Mellis q. s.

Ingred. xxix.

Curiosè omnia terantur, Gummi, & Succì Vino
odoro

254 De vera Meth. Pharm. par.

odoro dissoluatur, pulueres succo Cucumeris agre-
ftis comprehendantur; Siccentur iterum, eodem
succo, & pauco Nucum oleo excipiantur, & siccen-
tur. Postremò Melle despumato omnia compre-
hendantur. Datur post sex menses. Mes. Frustra
me iudice imponuntur loco Colocynthis Tro-
chisci Alhandal; cum tali in descriptione existant
Bdellium, Mastiche, & multa alia, quæ illam ca-
stigent. Attamen dictis Autoris quiescendum.

*Hiera Diacolocynthidos à Ruffo inuenta
Mesue referente.*

℞. Stæcados,
Agarici,
Chamedryos ana drach. x.
Colocynthis drach. xx.
Sagapeni,
Opoponacis ana drach. viij.
Petroselini,
Aristolochiæ rotundæ,
Piperis albi ana drach. v.
Casiæ drach. vij.
Cinnamomi,
Crocī,
Spicæ Nardi,
Myrrhæ,
Polii ana dr. iiij.
Mellis q. s.

Ingred. xvij.

Myrrham

Myrrham Vino infunde, cetera tere, & Melle despumato excipe. Mes. Vel non tantum Myrrha infundenda est, sed Sagapenu, & Opoponax, cum hæc inter Gummi collocentur, quæ maceranda veniunt, nisi admodum arida, ut ad mentem Scriptorum narrauimus. Vtitur Gal. sæpè Hiera cum Colocynthide, necnon etiam interdum Scammonio, & Epithymo, & nigro Veratro, ut i. de Comp. Medic. per loc. cap. 2. legitur. Ab Aromatis Colocynthis castigatur, & à Myrrha, ut Diosc. & ideo Trochisci Alhandal reiciendi.

Error aliquorum.

Hiera Legadij, vel Logadij ab Aetio descripta, necnon etiam ab Actuario, sed non eodem ingredientium numero.

Rx. Colocynthidis drach. xx.

Scillæ assatæ,

Agarici,

Ammoniacy,

Scammonii,

Corticum radicum Hellebori nigri,

Hyperici ana drach. j.

Epithymi,

Polypodii,

Bdellii,

Aloes,

Camædryos,

Marrubii,

Cassia ana drach. j.

Myrrhæ,

Myrrhæ,
 Piperis albi,
 nigri,
 Cinnamomi,
 Croci,
 Opoponacis,
 Sagapeni,
 Castorei,
 Petroselini,
 Aristolochiæ ana vnc. β.
 Mellis q. s. *Incred. xxv.*

Error ali-
 quorum.

Multa emendant Colocynth. & Scammonium.

*Hiera Rhafis lib. 9. ad Almanforem
 capite 64.*

R̄. Rosarum rubearum,
 Spicæ,
 Mastiches,
 Xilobalsami, eius loco ligni Aloes,
 Carpobalsami, eius loco Cubebæ,
 Cinnamomi,
 Casiæ,
 Afari, idest Baccharæ ana drach. β.
 Aloes duplum omnium. *Incred. ix.*

Aloe per se diligenter teratur, & postea cum aliis
 trititando confundatur, quæ per pannum sericum
 subtilissimum traiciantur. Rhaf.

Hiera

Hiera Pacchij à Nicolao Alexandrino descripta.

℞. Stecados,
Marrubii,
Chamædryos,
Agarici,
Colocynthi ana drach. x.
Opoponacis,
Sagapeni,
Petroselini,
Rad. Arist. rotundæ,
Piperis albi ana drach. v.
Cinnamomi,
Spicæ Nardi,
Myrrhæ,
Folii, vt Caryoph.
Croci ana drach. iiij.

Ingred. xv.

Mellis despumati triplum. Hæc ferè est eadem cum Hiera Diacolocynthidos Ruffi. Sint Mellis libræ ij. & vnciæ circiter octo, & non tres cum dimidia, vel quattuor, vt multi dicunt paruifacientes Autoris sententiam.

Error aliquorum.

Hiera Nicolai, quæ vt plurimum est in usu pro Clysteri, quæ à nobis laudatur.

℞. Cinnamomi,
Spicæ ana script. ij.

Kk

Croci,

Croci,
 Schænuanthi,
 Afari,
 Casia lignæ,
 Xilobalsami, ligni Aloes eius loco,
 Carpobalsami, Cubebæ, vel Amomii eius loco,
 Violarum,
 Absinthij,
 Epithymi,
 Stæcados,
 Agarici,
 Rosarum,
 Turpethi,
 Colocynthidis,
 Maltiches ana script. ij.
 Aloes ad pondus omnium.
 Mellis quantitatem sufficientem, videlicet nouē
 circiter vnciarum. Ingred. xix.

*Ordo conficiendi Electaria, et Antidota Robo-
 rantia, et Alterantia, necnon etiam
 Opium suscipientia.*

Circa structuram Antidotorum roborantium,
 & alterantium sex memoria custodianur, quæ.

Mel in An-
 tid. despu-
 mandum.

I. Mel curiosè est despumandum, vt omnibus
 impuris partibus priuetur, hoc agendum esse decre-
 uit Gal. lib. 6. secundum locos, c. 1. vbi de Medic.
 Andromachi sic: *Hic Melle cocto adiecit, in prioribus
 autem simpliciter Mel dixit permittens nobis quo modocūque
 parare*

parare velimus; ego autē, ut dixi, Melle despumato utor.
Tale semper scilicet despumatum probat Auic. in
suo Antid. necnon etiā Serap. At non solum despu-
mato, sed etiam decocto videntur, sicut lib. I. de
Antid. cap. 15. sic: *Mellis moderatē decocti, & proculdu-
bio despumati partem, &c.* Laudat Mesue interdum in
nonnullis Electarijs, ac Confectionibus Mel crudū,
utin Diamoscho.

II. Gummi liquefiant Melle, aut Vino, sic &
succis dissoluendi, (ut Opium) & Crocus quādoque,
ut Serap. in Antid. & Auic. & Gal. lib. I. de Ant. hęc:
*Gummi, & Succus Vino dissoluantur, & macerentur, sic &
Myrrha, & Crocus, Melle liquefiant, & lenigentur quo-
que Terebinthina, Styrax, & Chalbanum, sed prius fran-
gantur.* Et Haly lib. I. cap. 6. aut Vino, aut Melle
Succos, & Gummi macerat, atque similia; quæ po-
stea colo laxo traiciantur, ne impura existant Aui-
cen. suasore: vel Gummi si exsiccata terantur dili-
genter, sic & Succis aridi.

Gummi, &
succis dissol-
uantur.

III. Cum hæc Melli admista fuerint calido, tum
vase ab igne remoto, arida iniiciantur, ut ille eo-
dem loco affirmat; facile enim, & promptē hæc cū
Melle confunduntur. At Gal. loco iam citato ybi
de Theriaca primò admiscet Mellis portioni arida
quædam, deinde illa liquefacta, postea reliquum
Pulveris, & Mellis, quod supererit. Sint arida, ut
Aromata, diligenter sicca, trita, & creta, ut Paul. ce-
terique Scriptores, immo læuigata iubente Galeno.

III. Istis Lapilli pretiosi prius parati, ac accura-
tè diminuti addantur, sic & Margaritæ, auriq. fo-

K k 2 lia,

lia, aut bracteolæ diligenter diuulsæ, & cum alijs cretis detritæ.

V. Et eodem tempore, & Moschus, & Ambra, quòd obseruauit Mesue in Electario, è granis Tinctorum, vel Alchermes; vel hæc iniiciantur post cetera trita, vt Actuarius placet lib. de Comp. Medic. quæ aut solitaria placidè læuigētur, aut cum aliqua Sacchari portione, aut diligēter tritis alijs misceantur quod melius, vel cū aliqua Syrupi portione dissoluantur, aut Mellis, quod in Electario recipitur. Dissoluit hæc Auic. Melle, qui etiam post omnia addit Opium, aut dissolutum, aut læuigatum.

VI. Sit Mellis quantitas, qua trita excipiuntur, habita consideratione ad eorum pondus, quadrupla, si nobis tamquam exemplar proponamus Confectionem de Diamoscho à Mesue descriptam, cuius verba: *Excipe Mellis crudi quadruplo*. At in confectione Alchermes hoc non seruauit, in tali enim sunt viginti drachmæ, & vna Specierum, cum scriptulo, & Sacchari libra vna cum dimidia. Sed Haly lib. 10. semper cōprehendit trita tripla Mellis quantitate. In hoc fortè vestigia sequens Damocratis, vt scribitur lib. 2. de Antid. cap. 4. sic:

Res siccas pondus Mellis ter adæquet.

At cap. 3. hæc:

Omnium pondus Mel geminet, Chiuri

Infunde Vinum, quod esse putas satis.

Hoc seruauit Auic. in Confectione sua de Hyacintho. At Galenus impulsus sententia grauium omnium Scriptorum, qui Theriacam confecerunt, imperat

Mellis quā
titas in The-
riaca.

imperat in tota illa quantitate ingredientium imponendas esse libras decem Mellis conuenienter decocti, ac despumati, cuius verba leguntur lib. ad Pisonem cap. 14. sic: *Postea cum liquidis sicca admiscueris, Mellis quantum satis esse videatur, infundes. Satis autem videntur libræ decem Mellis conuenienter decocti, sicut Autorum litteræ præcipiunt.* Vnde si computum faciamus, adinueniemus pro singula Mellis libræ æsequatuor tritorum circiter vncias, quod summa cum ratione factum fuit; in hac enim Antidoto, quæ magna dicitur, ob mirabiles operationes, quas à se edit perpetuò, necesse erat magnam esse copiam ingredientium, vt citius, & vigorosius in corpora ageret; non enim à Melle præcipuè procedit operatio, sed ab aliis, immo ab eius improporcionata quantitate vires totius Pharmaci hebetantur, & ignauæ redduntur. Non est igitur ab Autoribus semper determinata quantitas aut Mellis, aut Sacchari; secundum enim eorum varios fines augetur, atque minuitur illorum copia, & ideo Rhaf. lib. 9. ad Almanf. in Electario de Baccis Lauri, iubet Mellis despumati esse æquale pondus, & specierum. Attamen si nulla sit ab Autore descripta aut Sacchari, aut Mellis quantitas, pro qualibet libra Mellis, siue Sacchari dissoluti, & in compagem Mellis decocti, sumantur vnciæ tres tritorum, & interdum si admodum odorata, vncia vna cum dimidia, vt suauiores existant Confectiones.

Antidota illa, quæ Opium, aut aliud simile in sui structura admittunt, non concedantur infirmis, nisi

nisi post annum, aut sex menses, sicuti statuit Gal.
 12. Meth. c. 1. sed ad apertius lib. 2. ad Glau. cap. 6.
 cuius verba: *Uti autem oportet Philonis medicamento, om-
 nibusq. ex Opio confectis non statim, sed post tempus com-
 positionis annum, aut omnino semestre.* At Medico iu-
 bente tribuantur quocumque tempore. Subscribit
 sententiæ Galeni, Aet. Auicen. Serap. & Mes. quod
 à Seplassarijs Venetis in Antidotis Magnis mini-
 mè seruatur.

Error Se-
 plasiar.

*Confectio Alchermes, seu ex Granis Tinctorijs,
 vel Cocco Mes. qua sit in usu.*

℞. Serici, idest Folliculi Serici compleri succo Gra-
 norum Tinct. recenter tincti lib. j.
 Succu Pomorum dulcium, ac redolentium,
 Aquæ Rosaceæ ana lib. j. β.
 Sacchari optimi lib. j. β.

Sericum vigintiquattuor horis maceretur, dein-
 de paulisper incoquatur, donec liquores isti rube-
 ant, expresso illo & abiecto, illos coque cum Saccha-
 ro ad Mellis crassitudinem, istis ab igne depositis,
 sed adhuc calentibus, misce Ambraæ crudæ minu-
 tim incisæ drach. iiij.

Qua liquata, iniice puluerem sequentem.

Ligni Aloes crudi,
 Darseni. i. Cinnamomi crassi ana drach. vj.
 Lapidis Cianeï, idest Lazuli loti, & præpara-
 ti drach. ij.

Margar.

Margar. albarum drach. ij.

Auri boni foliorum drach. j.

Moschilaudati script. j. *Ingred. xj.*

Hæc interim, vt superius dixi, diligentissimè misceantur. Non pauci, sicuti & nos, quoniam Alumen, dum tingitur Sericum, imponunt Infectores, macerare iubent illa grana trita simul cum Serico, quantitas sit trium vnciarum, alij & succo Granorum, & Saccharo parant Syrupum, vt Pharmacopæi Galli efficiunt, deinde aliquam eius portionem iniiciunt. Sint omnia accuratè læuigata maximè Ambra, & Moschus, vel cum aquæ Rosacæ aliqua portiuncula, aut Syrupi semicocti dissoluantur, aut Saccharo pauco læuigentur, vel aliis tritis diligenter admisceatur. Lapis Cianeus sit ablutus, & lotus, (Aliqui illum prius adurunt) & Margaritæ sint comminutæ pistillo in cote sæpè aqua Rosacea irroratæ. Ambra recens, & noua facilè liquefcit, dixit crudam: quia aliqui Myropolę odore decoquendo illam priuabant.

Electarium Xilaloes Mes.

℞. Ligni Aloes crudi, quia à nonnullis ad odorem, & virtutem eliciendam decoquunt, quod viruperatur.

Rolarum rubearum ana drach. viij.

Caryophylorum,

Spicæ Nardi ana drach. iij.

Macis,

264 De vera Meth. Pharm. par.

Macis,
 Nucis moschatæ,
 Galliæ moschatæ,
 Cubebæ,
 Cardamomi vtriusque,
 Mastiches,
 Cinnamomi,
 Cyperi,
 Schænuanthus,
 Zedoariæ,
 Been albi, & rubei, Radic. vtriusque Buglos. lo
 co eorum,
 Folij, Macis eius loco,
 Serici crudi,
 Margaritarum,
 Corallij rubri,
 Succini, idest Charabæ,
 Corticum Citri, & foliorum,
 Ozimi Caryoph.
 Silymbrij aquatici,
 Menthæ siccæ,
 Piperis longi,
 Zingiberis ana drach. iiij.
 Moschi scrip. j.

Ingred. xxx.

Excipe Melle Emblicorum, & Miua aromatisa-
 ta. Quomodo conficiatur Mel Myrobalanorum in
 Com. de Syrupis legatur.

Electarium

*Electarium de Aromatibus Mesue
Galeno adscriptum.*

℞. Ligni Aloes crudi,
Rosarum ana aur. xij.
Calami Aromat. aur. iiij.
Galliæ Moschatæ,
Macis,
Doronici, Angelicæ eius loco,
Piperis longi,
Nucis moschatæ,
Mentæ siccæ,
Spicæ Nardi,
Cassæ,
Mastiches,
Cinnamomi,
Caryophyl.
Asari, Bacchara à vulgo ana aur. iij.
Crocī,
Vtriusque Cardam. s. maioris, & minoris,
Trium Santalorum, s. alborum, citrinorum, &
rubeorum,
Rhabarbari,
Costi, eius loco Galangæ,
Cubebarum,
Zingib.
Sem. Fœniculi,
Anisi,
Ligustici ana aur. ij.
Ll Sacchari,

266 De vera Meth. Pharm. par.

Sacchari vnc. vj.

Miuæ aromat. vnc. xij.

Mellis despumati q. s. *Ingred. xxxj.*

Confectiones hæ, vel Electaria, vt

Diambra,

Diacalamintes,

Diamargaritum,

Aromaticum Caryoph.

De Gemmis,

Diamoschum,

Dianisi,

Et similia, de quorum Speciebus Commenta-
rio proprio egimus.

Si Melle excipiantur, sint Specierum, vel trito-
rum vnciæ tres pro singula libra Mellis conuenien-
ter despumati, & moderatè decocti.

*Electarium, vel Diasatyrium è radicibus Testicu-
lorum Vulpis, et Eringij Mesue, et
parandi modus.*

℞. Secacul. i. Radicum Eryngij eius loco, in aqua

Cicerum secunda elixati lib. j.

Testiculorum Vulpis. f. Radicū Satyrij vnc. viij.

Radicum Raphani vnc. iij.

Luf plani, scilicet radicis Dracontij, vel Serpen-
tariæ vnc. ij.

Terantur, & adiectis Olei Sefamini, & Buthyri
Vaccini ana vnc. iij.

Exactè

Exactè lento igne coquantur in lactis Vaccini,
aut Ouini quantitate sufficiente, (ita vt supersit) ad
iustam crassitiem, tunc adde

Mellis despumati lib. vj.

Succi Cæpæ, idest albæ lib. j. β.

Perfectè coctum vbi erit, ab igne depositum,
adde hunc puluerem,

Caudarum, & Lumborum Scinci dr. viij.

Sem. Eruçæ,

Nasturtij,

Pastinacæ, loco Been albi, & rubei,

Napi,

Asparagi,

Zingiberis,

Cinnamomi,

Piperis longi,

Lingue Auis, seminis Fraxini loco eius a. dr. iiij.

Cum prædictis misce, postremò adde

Strobilorum, idest Pineorum depilatorum
lib. j. β.

Pistaciorum depilat. vnc. x.

Cerebrorum Passerum vnc. ij.

Misce omnia, & aromatiza

Moschi boni drach. j. *Ingred. xxiij.*

Radices iam dictæ, cū optimè decoctæ fuerint,
in mortario lapideo terantur, & per cribrum seta-
ceū transmittantur: sic & Pinei, & Pistacia, & Cere-
bella prius Cicerum liquore decocta, & fiat Electa-
rium. Breui tempore corrumpitur.

Ll 2 *Electa-*

Electarium de Hyacintho.

℞. Hyacintorum drach. j. β.

Smaragd.

Saphirorum,

Granatorum,

Topatiorum Orient.

Rubinorum,

Lapidis Bezaar,

Corallij rubei, & albi ana scrip. ij.

Margarit. præp. drach. ij.

Rasuræ Eboris drach. β.

Rosarum rubearum drach. iij. β.

Ossa de corde cerui nu. viij.

Cornu Cerui præp.

Radicum Caryophyllatæ, in eius defectu radicum Pentaphilli, aut Tormentillæ,

Corticum Citri,

Scordei Cretici,

Sem. Acetosæ,

Buglossi,

Endiuia,

Rutæ caprariæ,

Trium Santalorum ana drach. j.

Dictamni albi,

Carlinæ, s. Chameleo. albi Dioscor.

Vincetoxici,

Scorzoneræ,

Boli Armeni Orient. ana drac. j. & scrip. ij.

Terræ

Terræ sigillatæ drach. j. script. ij.

Croci gr. vj.

Ambræ gr. x.

Moschi gr. v.

Folia auri puri nu. xxx.

Ingred. xxxv.

Syrupi de acredine Citri, aut Limonum lib. j.

Syrupo adhuc calido, & ab igne remoto addatur omnia subtilissimè trita, atque creta; sed inter hæc Margaritæ, atque Lapilli pretiosi sint super cotem comminuti, ac læuigati solitarij; Moschus, & Ambra diligentissimè terantur, & ceteris misceantur, vel aliqua leui portione Syrupi dissoluantur, sic & Auri folia dilacerentur, & in dicti Syrupi aliqua parte læuigentur; hoc tempore accuratè omnia simul ligneo pistillo, aut spatula argentea misceantur.

Confectio de Hiacintho calida.

Omnibus illis iam dictis hæc addantur.

Rx. *Seminum Citri mund.*

Ligni Aloes,

Caryophyllorum,

Cardui Sancti,

Bistortæ,

Tormentillæ,

Rad. Angelicæ tenuis ana drach. j.

Croci drach. β.

Moschi,

Ambræ ana scrip. ij.

Cū Syr. de corticib. Citri fiat Elect.

Ingred. xij.

Arbi-

Error ali-
quorū Me-
dicorum.

Arbitrantur nonnulli Medicorum primum Ele-
ctarium calidum esse; cum Crocum, Moschum, &
Ambram in se recipiat, sed hi re vera decipiuntur;
si enim mentis acie considerant quantitatem, ac qua-
litatem horum in relatione aliorum, qui quantita-
te, ac qualitate procul omni dubio illa tria exce-
dunt, hæc non pronunciarent; quam enim quæso,
quantitatem Moschi, Croci, atque Ambræ una drach-
ma huius Electarij recipit? minimam reuera, quæ
corrigitur, atque castigatur ab acido Citri, Santa-
lis, Lapillis, Corallis, seminibus Endiviæ, Oxalli-
dis, & Buglossi. Quis enim ignorat Crocum, teste
Galeno 7. Simpl. secundo ordine excalefacere? &
Moschum, si Serapioni credendum autoritate va-
riorum Scriptorum impulso, secundo gradu cale-
facere, vel ad summum tertio? quibus omnibus iam
dicta aduersantur, & potissimum Citri acidum,
quod, ut scribitur lib. 7. Simpl. tertio ordine refri-
gerat, atque exsiccat, & maximè cum tanta copia
respectu illorum existat. Præterea ignorant hi in
omnibus Pharmacia, & præcipuè in Cardiacis, quæ
terrestria recipiunt, necessaria esse quædam, quæ
existent tamquam vehicula deferentia illa ad partem
determinatam, ut ad cor, quæ procul dubio aliquo
calore, ac partium tenuitate prædita debent esse:
quapropter si ab hoc mirabili Antidoto talia aufe-
rantur, eius operatio infirma euadet, atque manca;
immò ferè proprio munere priuabitur.

Electa-

*Electarium latificans Hamech filij Zacharie
referente Mesue.*

℞. Rosarum,
Ligni Aloes ana drach. vj.
Macis,
Nucis mosch.
Galliæ moschatæ,
Cardamomi vtriusque, scilicet maioris, & mi-
noris ana drach. ij.
Cinnamomi,
Croci ana drach. ij. β.
Cyperidrach. v.
Caryoph.
Mastiches,
Spicæ Nardi,
Asari, i. Baccharæ ana drach. iij.
Excipe Melle Emblicarum, & aromatiza
Moschi gr. xv.
Mel paretur, vt sequenti Electario. *Ingred. x. vj.*

*Electarium latificans à Rhasi descriptum lib. 9.
ad Almanforem, quod est in usu.*

℞. Melissæ,
Corricum Citri,
Caryoph.
Galliæ moschatę,
Mastiches ana drach. j.
Crocī,

Croci,
 Cinnamomi,
 Nucis Miristicæ, idest Moschatæ,
 Cardamomi,
 Been albi, & rubei, i. Radic. Burag. & Buglossi
 eorum loco,
 Zedoariæ,
 Doronici, eius loco Galangæ,
 Sem. Ozimi Caryoph. i. Basilici, & maioris,
 Neheremisch, eius loco Sem. Peoniæ ana dr. j.
 Moschi gr. vj. *Ingred. xvij.*

Fiat Electarium cum tripla quãtitate Mellis Myrobalanorum, (quæ pendebit uncias quinque cum dimidia circiter.) Mel sic paratur, vt ibi legitur.

℞. Myrobal. Chebul. i. Cepularum nu. xx.
 Emblic. nu. xxx. Nucleis priuentur.

Aquæ lib. iij.

Terantur crassiusculè, bulliant in dicta aqua ad exhalationem duarum partium, colentur, & colaturæ adde

Mellis lib. j.

Deinde bulliant, donec aqua illa consumpta sit, & Elect. conficiatur. Hęc Rhaf. cap. de Melanch.

*Electarium à Iustino Imperatore inuentum
 referente Nicolao.*

℞. Cinnamomi,
 Folii, eius loco Macis ana drach. j. β.

Costi,

Costi, eius loco Zedoarię,
Nardi,
Cassia,
Aristolochiæ longæ, & rotundæ,
Hyssopi,
Helenii, scilicet Enulæ campanæ,
Pulegii,
Artemisiæ,
Rad. Penthaphylli,
Leucopiper, s. Piperis albi,
Orobi,
Petroselini,
Leuistici,
Oluxastri, aliqui Petroselini Macedonici,
Sem. Vrticæ,
Granorum Solis, s. Milii Solis,
Saxifragiæ,
Baccarum Iuniperi,
Asparagi,
Sem. Sileris,
 Apii,
 Anethi,
 Pigani, scilicet Rutæ hortensis,
 Citri,
 Foeniculi,
 Anisi,
Baccarum Lauri ana drach. j. β.
Mellis quantitatem conuenientem. *Ingr. xxxj.*
Fiat Electarium, vt est artis.

Mm

Electarium

*Electarium de Scoria Ferri Rhasis cap.
de Fistulis Ani.*

℞. Myrobal. Indarum,
Bellericarum,
Emblicarum ana drach. v.

Spicæ,
Schænuanthus,
Cyperi,
Zingiberis,
Piperis,
Olibani,

Ameos, eius loco Anisi ana drach. ij.
Scoriæ infusæ in Aceto per hebdomadam vnâ,
& postea torrefactæ drach. xv. *Ingred. xij.*

Conficiantur omnia cum Melle Emblicarum,
vt cap. de Melanch. Hæc Rhasis. Accuratissimè læ-
uigetur Scoria de qua sermonem habuimus capi-
te de Aduſtione.

Error mul-
torum.

A multis hoc describitur aut in numero, aut in
pondere Simplicium mancum; & à nonnullis in
his duobus excedens, quod euenit, si verum dice-
re licet, ob eorum audaciam, atque arrogantiam;
cum Autoris mentem castigare, atque corrigere ten-
tent, & audeant; meliùs me iudice esset inscribere
hoc Electarium inuentum esse ab illis, & non à Rha-
si Medico doctissimo, ac peritissimo. Aliqui Sco-
riam priùs torrefaciunt, & postea Aceto macerant.

Electa-

*Electarium Anacardinum Mesue
à Sapienribus desumptum.*

℞. Piperis nigri, & longi,
 Myrobal. Cepularum,
 Indarum,
 Bellericarum,
 Emblicarum,
 Castorei ana drach. ij.
 Costi, eius loco Galangæ,
 Anacardi,
 Melanthij, Arabicè Burungi, à Recentioribus
 Nigella,
 Sacchari boni,
 Baccarum Lauri ana drach. vj.
 Cyperi drach. iiij. *Ingred. x. v.*

Tere Anacardos per se, & alia postquam detrita
 excipe Butyro Vaccino, & Melle simul coctis por-
 tione æquali. Datur post sex menses. Mes. Ridicu-
 lum re vera existit audire aliquos affirmantes Ana-
 cardos indigere priùs aliqua castigatione, quæ so-
 let fieri maceratione in Aceto; cum satis, atque per-
 fectè à Butyro corrigantur copioso, & ideo à Me-
 sue viro in arte parandi Medicamina peritissimo, il-
 lud prætermissum fuit, vtente eius loco Butyro. At
 instant faciliùs ab eius copia totam Confectionem
 corrumpi, facilis est responsio, si dicamus, vt conue-
 niens est, paucam eius quantitatem parandam esse,

Error mul-
 torum.

M m 2 nc

276 De vera Meth. Pharm. par.

ne tractu temporis putredine contaminetur, quæ, si
ocasio expostulabit, iterum conficienda erit.

Dialacca Magna Mesue.

Rx. Laccæ lotæ, s. Gummi, quo vtuntur Infectores,
Rauedseni, scilicet Rhabarbari ana dr. ij.

Spicæ Nardi,

Mastiches,

Schænuanthus,

Costi, eius loco Zedoariæ, aut Angelicæ,

Myrrhæ,

Croci,

Cinnamomi,

Bdellii,

Sem. Apii,

Anisi,

Ameos,

Fœniculi,

Succi Eupatorii, i. Agerati,

Sabinæ,

Afari, idest Baccharæ,

Aristolochiæ,

Gentianæ,

Hyssopi siccæ,

Amygdalarum amar.

Rubiæ ana drach. j. β.

Piperis,

Zingiberis ana drach. j.

Ingred. xxvj.

Mellis quantitatem idoneam, quæ erit vnus li-
bræ, & octo circiter vnciarum.

Teran-

Terantur omnia, vt est artis, Myrrha, & Bdelium Vino macerentur; postea Melli admisceantur, & Lacca abluatur decocto Spicæ Nardi, & Cinnamomi. Mes.

Diacurcuma Mesue.

℞. Croci,
 Afari,
 Sem. Petroselini,
 Dauci, s. Pastinacæ Siluestr.
 Anisi,
 Apii ana vnc. β.
 Rhabarb.
 Mei, vel Anethi siluestris,
 Spicæ Nardi ana drach. vj.
 Costi, eius def. Pyrethri,
 Myrrhæ,
 Casiæ,
 Schænuanthus,
 Carpobalsami, eius loco Baccarum Iuniperi,
 Rubiæ,
 Succi Absinthij,
 Eupatorii, scilicet Agerati,
 Olei Balsami, eius loco Olei Nucis Moschatæ
 ana drach. ij.
 Calami aromatici,
 Cinnamomi ana drach. j. β.
 Scordei,
 Scolopendrij, à vulgo Citrach,
 Succi Glycyrrhizæ ana drach. ij. β.
 Traga-

278 De vera Meth. Pharm. par.

Tragacanthi drach. j. *Ingr. xxv.*
Melle despumato excipiantur quadruplo.

*Electarium de Baccis Lauri Rhafis lib. 9.
ad Almanf. cap. de Colicapaſſione.*

Rx. Foliorum Rutæ siccorum drach. x.

Ameos, eius loco Anifi,

Cymini,

Nigellæ,

Keiſin, ſcilicet Liguſtici,

Origani,

Carui,

Amygdalarum amar.

Melanopiperis, ideſt nigri,

Macropiperis, ideſt longi,

Menthaſtri,

Dauci, eius loco Siler. montani,

Acori, Calami offic. eius loco,

Baccarum Lauri,

Caſtorei ana drach. ij.

Serapini drach. iiij.

Opoponacis drach. iiij.

Mellis ad pondus omnium. *Ingr. xvij.*

Gummi, vel Lacrymæ, vt Serapinum, & Opoponax Melle, aut Vino odoro liqueſcant. Fruſtra querit Rhafis Elect. hoc eſſe efficax; cum Mel tantum ad pondus omnium inſtituit eſſe; quoniam alij excipere decernunt arida tribus ferè Mellis libris, quod quidem ridiculum à me cenſetur.

Diaſul-

Error multorum.

Diasulphur Mesue.

℞. Piperis albi, & longi ana drach. vj.
Sulphuris flauī, ignem scilicet non experti,
Thuris,
Mei, eius loco Imperatoriæ,
Hyoscyami albi,
Myrrhæ,
Styracis,
Cardamomi ana drach. viij.
Rutæ,
Costi, Zedoariæ eius loco,
Cassia ana drach. v.
Opii,
Mandragoræ ana drach. iij.
Croci drach. ij. β.
Melle despumato excipe. *Incred. xvj.*

*Diaspoliticum à Galeno descriptum lib. 4.
de Sanitate tuenda cap. 5.*

℞. Cumini,
Piperis,
Rutæ,
Nitri ana partes æquales.
Mellis quantitatem sufficientem. *Incred. v.*

Cuminum sit Æthiopicum Aceto acri macera-
tum, Piper vel longum, vel album, Rutæ folia mo-
dicè

280 De vera Meth. Pharm. par.

dicè sicca, sit Mel curiosè despumatum. Id enim maximè flatum discutit. Hæc Gal.

Antidotus Philonis à Galeno descripta lib. 9. de Comp. Med. secundum locos, c. 4. quam Philonium Romanum Recentiores dicunt.

Rx. Croci drach. v.

Pyrethri,

Euphorbij,

Spicæ Nardi ana drach. j.

Piperis albi,

Sem. Hyoscyami, scilicet albi ana drach. xx.

Opij drach. x.

Mellis Attici quantitatem sufficientem, vt sunt decem circiter vnciæ. *Ingred. viij.*

Mel. loco Euphorbij imposuit Castoreum, & determinauit Mellis quantitatem sic: Mellis despumati quadruplo excipe, cui addunt aliqui, vt ipse Mesue Moschi scriptulum vnū: Nec mirum, quidam enim referente Gal. eodem loco, apponebant Florem Iunci odorati, Casiam, Cinnamomum, Amomum, & Costum; & alij Myrrham, & Castoreum admiscuerunt. Maximè probatur Philonis medicamentum, sicuti & cetera huiusmodi medicamina, si post annum à compositione sumatur, quod quidem etiam si duorum, triumve, aut quattuor annorum sit, multò sanè est melius, sed nec inutile ad decimum. At si maxima necessitas urgeat etiam ante annum eo vti possumus, vt 2. de locis affect. legitur.

Philo-

*Philonium Persicum Mes. cap. de Sanguinis
fluxu ab ore descriptum.*

℞. Piperis albi,
Sem. Hyoscyami albi ana drach. xx.
Opii,
Terræ sigillatæ ana drac. x.
Sendenegi, s. Lapidis Hematitis,
Crocii ana drach. v.
Castorei,
Spicæ,
Euphorbii,
Pyrethri,
Margaritar. non perfor.
Charabæ,
Zedoariæ,
Doronici, eius loco Caryoph.
Trochisc. Ramich ana drach. j.
Caphuræ scrip. j. *Ingred. xvij.*
Mellis Rosacei colati quantitatem idoneam.

Fiat Electarium, ut est artis. Loco Piperis albi in quibusdā exemplaribus leguntur Papaveris albi xx. drach. quod à nobis reprobatur; Piper enim habet vim multa frigida corrigendi, & ea distribuendi; & præterea in Philon. à Galeno descripto inuenitur & Piperis quantitas eadem, etiam si hoc in multis alijs ab illo valdè distet.

Nn

Requies

Requies Nicolai, quæ Magna dicitur.

℞. Rosarum,
 Violarum ana drach. iij.
 Opii,
 Sem. Hyoscyami, scilicet albi,
 Papaveris albi, & nigri,
 Corticum Mandragoræ,
 Sem. Scariolæ,
 Lactucæ,
 Portulacæ,
 Psylli,
 Nucis Moschatæ,
 Cinnamomi,
 Zingiberis,
 Sacchari ana drach. j. β.
 Santalorum Alborum,
 Citrinorum,
 Rubrorum,
 Spodii,
 Tragacanthi ana scrip. ij. & gr. v.
 Mellis despumati q. s. *Ingred. xxj.*
 Fiat Electarium secundum artem.

*Athanasia Magna Mes. idest Medicamentum
 immortale, quoniam à morte vin-
 dicat agrotantes.*

℞. Hepatis Lupi,
 Eupatorii, scilicet Agerati ana drach. ij.
 Croci,

Croci,
Myrrhæ,
Castorei,
Costi, Zedoariæ eius loco,
Cordumeni, i. Cardamomi,
Spicæ Nardi,
Opii,
Sem. Papaueris nigri,
Hyoscyami, scilicet albi,
Cornu dextri Capræ, vel Cerui vsti, & loti,
vel limati ana drach. ij.
Mellis despumati q. s. Ingr. xij.

Terenda terantur, & alia in Vino liquefiant, vt
Myrrha & Opium, post sex menses vttere. Hęc Mes.

*Theriaca Antidotus Diatesfaron, idest
ex quattuor rebus. Mes.*

℞. Gentianæ,
Baccarum Lauri,
Myrrhæ,
Aristolochiæ rotundæ ana vnc. j. Incred. v.

Omnia trita curiosè Melle despumato excipian-
tur. Mesue.



THERIA CÆ
ANDROMACHI
SENIORIS

LEGITIMA DESCRIPTIO

ex lib. 1. de Antid. cap. 4. desumpta,

Veraque ex Galeni sententia eodem lib. cap. 15.
ipsam conficiendi Methodus,

Nonnullis tamen ab Excellentiss. Collegio dilucidatis.

Prima Classis. 30

℞. Pastillorum Scilliticorum vnc. triginta.

II.

Orbiculorum ex Viperis,

Piperis longi,

Opī Thebaici,

15

Magmatis Hedycroi ana vnc. quindecim.

III.

Iridis Illyricæ,

Rosarum rubrarum ficcarum,

Succi Glycyrrhizæ densati,

Sem. Napi sylvestris,

Scordii Cretici,

Opobalsami, eius loco Olei Nucis Myristicæ,

Cinnamomi,

7

$\frac{1}{2}$

Agarici albissimi ana vnc. septem, & semis.

Myrrhæ

IIII.

Myrrhæ electæ,
 Costi odorati,
 Croci synceri,
 Cassiæ lignæ, scilicet Officin.
 Nardi Indicæ,
 Schænuanthus,
 Piperis nigri,
 Thuris Aglaie, idest nitidi,
 Dictamni Cretici,
 Rhapontici electi,
 Summitatum Stæcados,
 Marrubij Cretici,
 Petroselini Macedonici,
 Calaminthes montanæ Cret.
 Terebinthinæ Cypriæ,
 Zingiberis optimi, 3 $\frac{3}{4}$
 Rad. Pentaphylli ana vnc. tres, & sicilicos tres.

V.

Polii Montani,
 Chamepityos Cretici,
 Amomi racemosi,
 Nardi Celticæ,
 Styracis Calamitæ,
 Mei Athamantici,
 Chamædryos Cretici,
 Phu Pontici,
 Terræ Lemniæ,
 Folij, eius loco Macis,
 Chalcitidis tostæ,

Radicum

286 De vera Meth. Pharm. par.

Radicum Gentianæ,
 Gummi vermicularis,
 Succu Hypocistidis,
 Carpobalsami, eius loco Baccarum Iuniperi,
 Sem. Anisi,
 Seseleos Massiliensium,
 Cardamomi minoris Officin.
 Sem. Fœniculi,
 Succu Acaciæ,
 Sem. Thlaspeos Cretici,
 Summitatum Hyperici,
 Ameos Cretici,
 Lacrymarum Sagapeni ana vnc. duas, & semis. $\frac{1}{2}$

VI.

Castorei Pontici,
 Aristolochiæ longæ,
 Bituminis Iudaici,
 Sem. Dauci Cretici,
 Opoponacis,
 Summitatum Centaurij minoris, $\frac{1}{4}$
 Lacrymarū Chalbanī ana vnc. vñā, & sicilicū.
 Mellis opt. moderatè cocti, & prorsus
 despumati libras ponderales quinquaginta.
 Vini Cretici, quantum Astantibus satis esse vi-
 debitur. *Ingred. lxxij.*
 Et hæ sunt quinque ex Andromachi Dosibus.

Arida contundantur, & læuigentur, tenuique
 incerniculo traiciantur, vt est artis, de qua cap. de
 Trituratione abundè.

Succi

Succi Sagapeni, Panacis, Opii, Acaciæ, si liquidior videatur, Hypocistidis, & Glycyrrhizæ Vino perfundantur, vt ad læuigationem fiant idonei.

Semina Thlaspeos, & Napi priuatim in mortario læuigentur; deinde vinum eis superinfundatur, & perfectè dissoluantur: misceantur inde ijs, quæ in Vino seorsum commaduerint, detritaque fuerint.

Myrrha, Gummi, & Crocus, nisi siccus sit, Vino macerentur, ac læuigentur.

Thus per se solum in mortario leuiter comminatur, & ceteris Vino maceratis inspergatur.

Quo tempore autem cuncta vniri debent, cum Mellis crudi portiuncula in duplici vase liquefiant primò sanè Resina, mox Styrax, & Chalbanum prius confRACTA, contusaque pistillo ferreo, Mellis nonnihil Resinæ liquefactæ admiscendo, donec dissoluantur, vase cooperto rursus liquari permit- tens.

Dum hæc liquefunt, immittantur arida ex Vinolæuigatis, misceanturque, donec abundè crassescant, atque ita paulò post liquefacta illa tepida affundantur, robustusque aliquis homo tunc ipsa commisceat: postquam probè coierint, & iam crassum, quod ex iis emergit, apparet, superiniijcere Mel moderatè coctum, & despumatam etiam oportet: mox contritorum partem, deinde rursus Mel, postea iam liquefacta miscere tepida, & sine aliqua intermissione omnia commiscere adiectis ex aridis, quæ supersunt, itemque Melle.

Quæ

Quæ cum Tudeculæ ductu vnita fuerint, transferantur in vas conuenientis capacitatis, misceanturq. contundendo pistillo buxæo saltem per dimidium horæ. Vas autem in se contineat ad summum Doses quinque Andromachi, vt commodè exagitari queant.

Oleo Nucis Myristicæ illiniantur pistilli, si tenacitas, & lentor medicaminis id requirat, sin minus, liquatum toti Antidoto immisceatur, hoc autem Assistentium munus erit.

Cōposita Theriaca, atque vnita secundum quatuor, aut quinque dies sub Sole contundendo misceatur; atque id ex interuallo iterum, atque iterum dierum sex, aut septem vsque ad duos menses, vel saltem ad quadraginta dies facere oportet per curriculum vnius horæ; quod tamen pro Astantiū arbitrio variari poterit secundum intensiōem, aut remissionem caloris Solaris.

Vini quantitas tanta sit, quanta sufficiens Assistentibus esse videbitur pro perfecta iam dictorum dissolutione, & maceratione, quod minimè, vt vsus obtinuerat, igne absumendum erit. Insuper ea Vini portio, qua quidem vti est opus ad vasa mūdanda illa, in quibus iam dissoluta, macerata, & liquefacta fuerint prædicta: vt quidquid illis adhæserit, eius ope detergatur, quantulacumque erit, toti compositioni iniiciatur.

Chalcitis eo modo fundatur, & paretur, quem Galenus instituit, ita vt ex quadraginta drachmis quattuor solum seligantur; vt portio illa, quæ leuissima

Modus scribitur c. de Aduisione ad eius mentem.

lima existit, & spumosa pro hac Antidoto tantum usurpetur, quæ sic parata tritrandis admisceatur, hoc autem agendum Medicis etiam nostris deputatis præsentibus.

Vasa ærea, in quibus confunduntur, & in vnum coguntur ingredientia Theriacam, & Mithridatiū, sint purissimo, quoad fieri potest, stanno obducta; ne metalli talis prava qualitas contamineat dictas Antidotos.

Hæc omnia cum necessaria sint ad Theriacæ compositionem, atque structuram, à Pharmacopœis perpetuò, & inuiolabiliter seruanda veniunt: ut facultas tam nobilis Antidoti præstantior, & excellentior in apertum profiliat: Cuius usus ante sex menses à die ultimæ permissionis non permittatur. Hæc Collegium.

Nonnulli impulsī Epitheto illo Aglaia, aut nitore Thuris, pro firmo statuunt, fortè ut demonstrent nobilitatem, & aciem proprii ingenij, Piper album compositioni addendum esse, cui sententiæ aduersatur omnino Galenus, lingue Græcæ peritissimus, & ratione, & illius Epitheti significatione, cuius verba in translatione Andernachi sunt: *Iam verò cum Andromachus scribit, Thus miscebis, & Aglaiam, quod est Pulchrum statues, Aglaiam non disquirendum est ceu alterius medicamenti nomen; nam in compositione Antidoti pedestri oratione ab Andromacho Iuniore scripta, & ea Traditione, quæ hucusque ad nos peruenit, neque medicamenti alicuius nomen Aglaia est: & medicamentum præterquam in pondere quarundam medicinarum, omnino concordī sen-*

Marinelus.

O o rentia

290 De vera Meth. Pharm. par.

tentia & Senior, & Iunior Andromachus descripsit, ac
 nihil extra illa additur, de quo Aglaia nomen dici quis puta-
 uerit; quamobrem fortè Aglaia Epithetum Thuris Autori
 Elegorum adiectum esse videtur. Possunt ne dilucidio-
 ra desiderari? & in Translatione Martiani Rotæ
 tandem hæc: Quare Thure, & Pipere excepto, cum
 nihil supersit, de quo quis Nitore appellacionem
 dictam putet, censendum est An-
 dromachum versus
 conscri-
 bentem in Nitore vocabulum
 Thuri Epithetum fe-
 cisse.



MITHRIDATI DAMOCRATIS

*Ex Galeno lib. 2. de Antidotis legitima
Descriptio.*

Prima Classis.

℞. Myrrhæ Arabicę Troglodyticę,
Crocī,
Agarici,
Zingiberis,
Cinnamomi,
Spicæ Nardi odoratæ,
Granorum Olibani, 8 $\frac{3}{4}$
Sem. Thlaspi ana vnc. octo, & sicilicos tres.

II.

Seseleos Massiliensium,
Succi Balsami, eius loco Olei Nucis Myristicę,
Iunci odorati,
Stæcados Arabicę,
Costi odorati,
Lacrymarum Chalbani sincerī,
Terebinthinæ Cyprię,
Piperis longi,
Castorii optimi,
Succi Hypocystidis,
Styracis Calamitæ,
Opoponacis,
Folij Malabat. recēt. eius loco Macis a. vn. septē.
Oo 2 Casia

III.

Cassia nigræ, f. Officinarum,
 Polij Montani,
 Piperis albi,
 Scordij Cretici,
 Sem. Dauci Cretici,
 Fruct. Balsami, eius defectu Baccarum Iuni-
 peri,
 Cypheos, $\frac{1}{8}$
 Bdellij optimi ana vnc. sex, & semisicilicum.

IIII.

Nardi Celticæ,
 Gummi splendidi,
 Sem. Petroselini Macedonici,
 Opii,
 Cardamomi, eius loco Cardamomi Officina-
 rum,
 Sem. Feniculi Cretici,
 Radicum Gentianæ,
 Rosarum Rubear. 4 $\frac{3}{8}$
 Dictani Cret. an. vnc. quattuor, sicilicū, & semis.

V.

Sem. Dauci,
 Rad. Asari,
 Acori veri,
 Rad. Valerianæ, 2 $\frac{1}{2}$ $\frac{5}{8}$
 Sagapeni sinceri a. vn. duas, & semis, & semisic.

VI.

Mei Arhamantici,
 Succi Spinæ nigræ, f. Acaciæ,

Scinco-

Scincorum Nili, 2 $\frac{3}{16}$
 Sem. Hyperici a. vnc. duas, & sicilici quartas tres.
 Mellis opt. moderatè
 cocti, & prorsus de- 46 8
 spumati libras quadraginta sex, & vnc. octo.
 Vini Cretici optimi, quantum Astantibus sa-
 tis esse videbitur. *Ingred. xlix.*
 Et hæ sunt septem ex Damocratis Dosibus.

Paretur eadem Methodo, & ordine, quo The-
 riaca, cuius vsus ante duos menses à die vltimæ com-
 misionis non permittatur, vt decretum fuit ab
 Excellentissimo Collegio.

